



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 35. Inquisitio in reos Mandarinos a Pro-Rege Cantonensi instituta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII.
A. C. 1710.

§. XXXV.

Inquisitio in reos Mandarinis a Pro-Rege Cantonensi instituta.

Quamvis Mandarinus Cantonensis Gubernator a Pro-Rege decretus, in Cardinalis causam inquirere neglexisset, nihilominus idem Pro-Rex, licet gentilis esset, innocentem tamen adeo inique opprimi, ægerrime ferebat; quapropter iterato Mandarinis Macaonensibus, qui cum Lusitanis conspirabant, hostiles in Cardinalem insultus graviter exprobravit, inhibuitque: cum autem ejus jussa contemni, atque inde majores Cardinali afflictiones irrogari inaudiret, tam enormem, tamque crudelem agendi modum execratus, Mandarinis Tayoé trium Urbium Gubernatori in mandatis dedit, ut Macaoum delatus inquireret, quo jure Macaonenses Mandarinis jussa Pro-Regis vilipendere præsumerent: ipsum etiam Mandarinum nomine *Fuyé* Præfectura exuere statuit, eoquod hic gravissimas violentias contra Cardinalem exercuisset. Inter ceteros præcipue sibi timebat Mandarinus *Ning*, qui graviores Cardinali injurias intulerat, quapropter Præsidis & Thesaurarii favorem ac patrocinium multo auro emere studuit,

*Relat. P.
Munnoz*

Sæc. XVIII. studuit, his autem sanguinis pretium
 A. C. 1710. acceptare recusantibus, Mandarinum
~~_____~~ *Taoyé* corripit: Hic ergo die decima
 septima Maij Macaoum appulsus, Car-
 dinalem de sui adventus causa certio-
 rem reddidit, petitque, ut duos ei in-
 terpretes destinare vellet. Seliguntur
 Dominus de la Balver Missionarius Gal-
 licus ex Seminario Parisiensi, & P. Jo-
 sephus Langasco ex Ordine S. Fran-
 cisci Missionarius: utrumque die se-
 quenti Cardinalis ad eundem Mandari-
 num ablegavit, petentes, ut is ad Tur-
 nonii ædes venire haud gravaretur: at
 hic Jesuitas tam in Collegio quam in
 Seminario degentes, necnon Mandari-
 num *Ning* invisendo, atque per urbem
 deambulando totam diem insumpserat,
 tandem vero die decima nona
 ejusdem Mensis duobus hisce Inter-
 pretibus significabat, sibi a Pro-Rege
 injunctum, ut omnia, quæ hucusque
 contra Cardinalem acta fuissent, exami-
 naret, ipsumque super causis suarum
 querimoniarum exciperet: postea
 ipse ad Turnonii ædes processit, ubi
 vero eundem ob colicos dolores vestimen-
 tissimos jam per aliquot hebdomada-
 das lecto affixum viderat, ne molestus
 eidem accideret, in interiore Domus
 atrio examen instituit super articulis se-
 quentibus sibi commissis.

I. An milites evaginatis gladiis Sæc. XVII.
Turnonii famulos infecuti fuissent? A. C. 1710.

II. Utrum eis alimenta, quæ hi
ad Cardinalis ædes deferebant, abstu-
lissent?

III. An Oeconomum custodiæ de-
dissent?

IV. An Mandarinus *Ning* octo Chri-
stianos in vincula coniecisset?

V. An *Suya* seu Sinensis Prætor a
Christianis pecunias extorsisset?

VI. Utrum Carvallum & Patres
Hispanos compulissent, ut navim, quæ
eorum Patriam minime peteret, con-
scenderent?

VII. An Mandarinus *Ning* a Patre
Luxan pecunias eo fine extorsisset; ut
eamdem navim conscendere permitte-
retur?

VIII. An Macaonenses milites vel
Sinenses vel Lusitani alimenta necessa-
ria ad Cardinalis ædes deferri prohi-
buissent?

Omnes hosce articulos veritate niti
testabantur Corderus, Baluceus, Sa-
binus, P. Illicetus ceterique omnes
Missionarii; postea Mandarinus Favac-
cium Lusitanum, & Emanuelem Vin-
centium Rosa comparere jussit, quorum
tamen prior adversam valetudinem ob-
tendit, alter autem se omnium in-
scium esse, mentitus est.

K 4

Cum

Sæc. XVIII. Cum ergo Mandarinus querelas a
 A. C. 1710. Turnonio pridem Pro - Regi expositas
 ac plurimorum testimoniis comprobata
 tas omnino veritate & justitia sufful-
 tatas esse, probe cognosceret, Cantone-
 nem reversus est. Pro - Regi de omnibus
 exactam facturum relationem: Mandarinum
 vero *Fuyé* ex reis præcipuum utpote sibi
 a Mandarino *Zutum* enixe commendatum,
 excusare, totis viribus adlaborabat,
 potioremque culpam in alium inferiorem
 Mandarinum nomine *Páchang* conjiciebat.

§. XXXVI.

Hujus Inquisitionis successus.

Fattinell. Relat. p. 19. Relat. Ab-regé p. 376. Percepta ac ponderata Mandarinum
 relatione Pro - Rex cuncta accusationum
 capita legitime comprobata, omnesque
 querelas a Cardinale productas veritati
 consonas esse declarabat instructisque
 judicii actis Mandarinum *Fuyé* suo
 munere privandum esse pronuntiabat:
 Cardinalis vero in reos legum severitate
 agendum comperiens, datis literis Pro -
 Regem enixe precabatur, ne castigarentur,
 qui in ipsum deliquissent: Eapropter etiam
 Pro-Regem ad colorandam vindictæ de reo
 Mandarino sumendæ dissimulationem speciose
 interpositæ hujus deprecationis obtentu
 ute